EDVARDVS VI,

DEI GRATIA ANGLIAE *Frãciæ & Hiberniæ Rex,* fidei Defensor, & in terris *Ecclesiæ Anglicanæ & Hibernicæ supremum Caput, omnibus ludimagistris & hijs qui scholas Grammaticas aperiunt.*

CVM BREVIS ET *explicata Catechismi ratio à pio quodam et erudito uiro conscripta, nobis ad cognoscendũ offerretur, eius pertractationem & diligentẽ inquisitionẽ quibusdam Episcopis & alijs eruditis commisimus, quorũ iuditium magnam apud nos auhtoritatem habet Et quia conueniens cum scripturis*

& Regni nostri institutis usa est, PLACVIT, non solum eam propter conuenientiam in aspectum lucemq; proferre, sed etiam propter perspicuitatem & breuitatem, omnibus ludorum magistris ad docendum proponere, ut rudis adhuc & inchoata ætas, religionis simul & literarum iactis fundamentis, cum sapientia pietatem discat, & regulam habeat in reliquo uitæ cursu, quid sentiendum de Deo sit, ad quem omnis uita nostra confertur, & quomodo accepti Deo simus, in quo omnibus actionibus & uitæ officijs elaborandū est.

Præcipimus itaq; & mandamus non modò universis, sed etiam singulis, procautione qua authoritatem nostram

ſtram ſanctam habere, & iuſtam uiolatæ dignitatis animaduerſionem deuitare ſtudetis, ut ſedulo ac diligenter hunc Catechiſmum in ſcholis veſtris doceatis, ut tenera adhuc & fluens ætas, & præceptorum authoritate, & ueræ religionis documentis firmata, magnas oportunitates ad ueram Dei uenerationẽ habeat, & magna ſubſidia etiam ad omnia alia officia ſequenda. Quibus inſtructi, pietatem in Deum authorem omnium, obſeruantiam erga Regẽ paſtorem populi, ſtudium in Rempublicam cõmunem omnium matrẽ, melius uſurpantes, non ſibi ſolum naſci uidentur, ſed Deo, Regi, patriæ utiles & officioſi ſint. Dat. Grenuici, 20. Maij, Anno regni noſtri, 7.

Catechiſmus

Chriſtianæ Diſciplinæ.

FFICIVM ſingulorum eſt quos CHRISTVS morte ſua redemerat, non modo vt ſerui ſint ad obedientiam, ſed etiam filij ad hæreditatem, ita ſcire quæ ſit vera & complacita Deo uitæ via, vt ad ſingulare ligionis interrogata reſpondere poſsint, & fidei ac profeſsionis ſuæ rationem reddere.

Atq; hæc apertiſsima docendi ratio eſt, quam non modo Socrates in Philoſophia, ſed etiam Apollinarius in noſtra religione ſecutus

est, ut & ignorantes interrogationibus quasi punctis erudiãtur, & scientes ne amittant quæ didicerunt, commonefiant. Nos igitur vtilitatis ratione habita, quam in adolescentibus instruendis sequi debemus, & breuitatis etiam, vt nihil neq; redundans neq; defectum esset vniuersæ scholæ nostrę, summam in dialogum coniecimus, vt tota res magis perspicua esset, & minus digressionibus euagaremur. Itaq; ad hunc modum Magister Auditorem suum aggreditur.

M. A.

QVANDOQVIDEM OFFIcij mei magnam partem esse video, Charissime fili, non tam vt bonis literis institutus sis, curare, quam

quam etiam atq; etiam de genere religionis quodcunq; in tenera ista ætate colas, sedulo & diligenter perquirere, consentaneum putaui, quæstiunculis quibusdam tecum agere, ut certo sciam, num recte an secus in ea re operam posueris. Age igitur, dic mihi (mi fili) quænam ea sit religio quam profiteris?

A. Eam, præceptor venerande, religionem profiteor, quę est CHRISTI Domini, quæq; Actorum undecimo, Christiana nominata est.

M. Agnoscis igitur te Christianę pietatis & religionis cultorem, ac CHRISTI Domini nostri discipulum?

A. Id equidem agnosco, atq; ingenue & libere profiteor, quin &

vniuersæ gloriæ meæ summam in hoc pono, tanquam in re quæ & honoratior sit, quam ut ad eam ingenij mei tenuitas aspirare, et diuinior etiam quam vt orationis vlla facultate à me facile exprimi queat.

M. Dic proinde mihi, charissime fili, quam accurate poteris, religionis Christianæ summam quibusnam in rebus positam esse arbitraris?

Aud. In duabus, nempe vera in Deum fide ac certa persuasione concepta de rebus illis omnibus quæ sacris literis continentur, & charitate quæ cum in Deum tum in proximum nostrum tendit.

M. Fides illa quæ ex verbi auditu & lectione concepta est, quid docet te de Deo?

Aud.

A. Illud inprimis docet, in mundo esse certam naturam, vnam substantiam, vnum animum, & mentem diuinam, aut potius spiritum æternum, absq; principio & fine, quem vocamus Deum, quem oportet vniuersos mundi populos colere summo honore, ac præcipuo genere adorationis. Ex diuinis etiam illis oraculis quæ per prophetas & amicos Dei Opt. Max. in sanctis libris ad sempiternam nominis eius gloriam diuulgantur, legem disco & comminationes: deinde promissiones & euangelium Dei. Hæc per Mosen ac alios viros Dei cõscripta, ad nostram vsq; ætatem integra conseruata sunt & illæsa. Deinde præcipua capita nostræ fidei in breuissimum com-

pen-

pendium, quod vulgo Symbolum Apostolicum appellatur.

M. Fidei compendium, cur Symbolum nominarunt?

A. Symbolum si interpreteris est signum, nota, tessera, aut inditium quo commilitones ab hostibus dinoscuntur: vnde Compẽdium fidei, quo christiani à non christianis distinguntur, recte symboli nomen sortitum est.

Ma. De lege primum quid sentias, aliqua dicas. Deinde etiam de Symbolo.

A. Faciam quod iubes, præceptor uenerande, idq; libentissime. Dominus Deus per Mosen nobis præcepit, ne vllum prorsus præter illum, hoc est, ut illum solum habeamus Deum unicum creatorem &

libe-

liberatorem nostrum: Ne veneremur aut colamus simulachrum aliquod, aut imaginem quancunq; siue depicta ea sit, siue cælata aut sculpta, siue ratione quauis alia formata. Ne sumamus nomen domini Dei nostri in uanum, in re scilicet aut leui aut falsa. Postremo, fixum illud & religiosum perpetuo tenere debemus, ut Sabbathi diem, quæ ad quietem & cultum diuinum segregatur, sancte & religiose colamus.

Mag. Rectè. Recitatq; enim iam sunt à te mihi leges primæ tabulæ, qua cognitio Dei & cultus eius summatim comprehenditur. Iam dic mihi quę sint charitatis & dilectionis nostræ officia erga homines?

Aud,

Aud. Interrogas, mi præceptor, quid de altera parte legis Dei sentiam, quæ vulgo Secunda Tabula vocatur?

M. Hoc ipsum plane est mi fili de quo audire cupio.

Aud. Paucis rem omnem pro ingenii mei tenuitate expediam. Moses eam breui epitome concluſit, nimirum vt omni studio patrem & matrem honoremus atq; obſeruemus, Ne vllum hominem occidamus, Ne adulterium committamus, Ne furtum vllum faciamus, Ne falsi teſtes ſimus contra quemuis, Poſtremo, ne rem vllam deſideremus proximi.

M. Præceptum illud de patris & matris honore quomodo intelligendum eſt?

Au-

A. Honor parentum, amorem, timorem, & reuerentiam complectitur. Nec non versatur in obediendo, subueniendo, defendendo, ac etiam in fouendo, si necessitas incumbat. Nos quoq; astringit vt Magistratui summopere obtemperemus, & maxima cum pietate, tum ministros Ecclesię, tum præceptores & omnes maiores obseruemus.

Mag. Quid autem continetur in præcepto illo, Ne occidas?

A. Ne odio prosequamur, ne iniuria afficiamus quemq̃, opprobriaue iaciamus. ac præterea iubet ut etiam inimicos amemus, atq; illis benefaciamus, qui nos odio prosequuntur, vtq; hostibus nostris prospera quæq; atq; felicia precemur.

M. Præceptū autem de non cō-
mittendo adulterio, quid tandem
continere tibi videtur?

A. Hoc quidem præceptū multa
continet, prohibet enim non solū
ne alloquamur impudice alienam
vxorem, aut mulierem quācunq;,
néue petulāter contrectemus, ve-
rum etiam respiciamus quidē, seu
libidinoso aspectu, intueamur,
nec quocunq; modo inhonesto am
biamus eā ipsi nos, nec nomine no-
stro alij: & denicq; omne genus ob-
scenæ vageq; libidinis interdicitur.

M. Quid autem tibi videtur de
præcepto non furandi?

Au. Pari compendio dicam, si li-
bet audire, quo antea vsus sum.
Præcipit autem ne cuipiam impo-
namus: ne commertia exerceamus

illi-

M. Iam porro [illegible]
quęnam res sit [illegible]
[illegible] illane quam [illegible] Le-
gem [illegible]
[illegible]

An. Id olim me abs te didicisse
memini, præceptum, nempe [illegible]
humanę à Deo [illegible] eam fuisse,
cum integra [illegible] esset & incor-
rupta: post peccatum verò, [illegible]
sapientes vt [illegible] eam naturæ lu-
cem [illegible] ignorarint, [illegible] homi-
num partem maximam ita iam la-
tebat, vt vix eius vmbram [illegible].

M. Vnde fit, vt Deus eam velit
in tabulis describi: vtq; vni peculi-
ariter populo assignaretur [illegible]

A. Dicam. Imago Dei in homi-
ne per peccatum originis & con-
suetudinem malam, adeò in initio

obſuratā eſt, & iudicium natu-
rale adeò vitiatum, vt homo ipſe
non ſatis intelligat, honeſtum tur-
pi quid interſit, nec iuſtū iniuſto.
Eam itaque imaginem volens be-
nignus Deus in nobis renouare
per legem in tabulis deſcriptam,
efficit primum, vt noſipſos agnoſ-
ceremus, & in ea perinde atque in
ſpeculo, contueremur ſordes &
maculas noſtri animi, & præfra-
ctam cordis vitiati duritiem, vt vel
ſic tandem peccato agnito, & per-
ſpecta noſtræ carnis infirmitate,
atque ira ſæuientis in nos Dei ob
peccatū, ardentius deſideraremus
ſeruatorem noſtrum Chriſtum Ie-
ſum, qui morte ſua & pretioſa ſan-
guinis ſui aſperſione purgauit, &
abluit peccata noſtra, placauit

nes & figuræ veri & æterni Sacrificij IESV CHRISTI in cruce facti, cuius solius beneficio omnia omnium credentium peccata, ab ipso vitæ mundi exordio, ex sola misericordia Dei, non autem ex vllis meritis nostris, condonata sunt.

M. Adhuc non audio vnde factum sit, vt vnus duntaxat populo (nimirum Israhitico) velit Deus optimus maximus arcanam animi sui voluntatem significare.

A. Illud propemodum mihi exciderat: puto autem non proinde factum esse, quasi decalogus non ad omnes homines pertinuerit, cum Dominus Deus noster non solum sit Deus Iudæorum, sed etiam Gentium. Ac potius dicendum erit, vt agnosceretur verus Deus, qui

est CHRISTVS noster cum veniret in mundum, quem ex gente ista & non ex altera, ob promissionis veritatem, oportuit nasci. Ob quam causam voluit Deus populum aliquem certum, sanctum, & separatum, tanquàm sibi peculiarem & proprium, describere, vnà mirum sancta, pura & illesa sua oracula & verba perpetuò conseruarentur.

M. Abundè hactenus mihi satisfactum est, chare fili: iam ad Christianam confessionem veniamus, quam mihi volo vt clarè recenseas.

Au. Faciam. Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ. Et in IESVM Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum. Qui conceptus

est

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Au. Sequar libens voluntatem tuam, charissime præceptor, quoad ingenij mei tenuitas patiatur: sic itaque rem omnem accipe. Ante omnia firmiter credendum tenendumq; est, Deum patrem Opt. Max. initio & ex nihilo creasse & fabricasse vniuersam hanc mundi machinam, & res in ea omnes quæcunq; continentur: eaq; omnia facta esse per potentiam verbi sui, id est IESV CHRISTI filij Dei, quod scripturarum testimonio satis est comprobatum: ubi autem creaturas omnes sic fabricasset, eas deinceps rexisse, gubernasse, conseruasse, atq; ex bonitate & munifica manu sua, quæcunque ad vitam nostram tuendam conseruandamq; necessaria requiruntur,

exhibuisse, atq; etiamnum exhibere largissimè, vt nimirum perinde illis vteremur, ac memores & pios filios decet.

M. Cur autem Deū vocas patrē?

Au. Eius rei duæ sūt causę, Vna, quòd nos omnes initio creauit, quodq; vitam omnibus est largitus. Altera verò maioris est momenti, quòd videlicet per spiritum suum sanctum & per fidem, spiritualiter secundò genuerit, adoptando nos in filios, donando itidem regno suo, & vitę æternę hæreditate, cum IESV CHRISTO filio suo, & vero & naturali.

M. Cùm igitur res alias omnes Deus homini vt inseruirent, condiderit, hominē autē ad obsequiū, honorem & gloriam ipsius pro-

priam

priam, quid habes quod dicas de prima eius origine & creatione?

A. Id quod scripsit Moses: Deum scilicet ex argilla primum hominem finxisse, illiq; animam ac vitam indidisse: atq; deinde sopore in Adam immisso, detractam ex eo mulierem, in lucem produxisse, vt eam & vitæ & fortunarum omnium illi sociam adiungeret. Ac propterea homo, Adam vocatus est, quia ex terra traxit originem: mulier autem, quia omnium viuentium mater erat futura, appellabatur Eua.

Magi. Imago autem illa, ad cuius similitudinem hominem ais formatum, quænam est?

Au. Ea est absolutissima iustitia & perfectissima sanctimonia, quæ

ad

ad ipsam Dei naturam quam maxime pertinet, & in Christo, nouo nostro Adamo, preclarissime est demonstrata, cuius in nobis quaedam quasi scintillae adhuc vix relucent.

Multane? Vix relucent?

A. Rectè quidem: nam non iam sic splendent vt in initio ante hominis lapsum: quandoquidem homo ob peccatorum tenebras & caliginem errorum, imaginis huius splendorem restinxit. Sic iratus peccati reum vltus est Deus.

Magi. At cur id factum sit dicas, volo.

Audit. Dicam. Cum mundi huius fabricam creasset Dominus DEVS, hortum idem ipse plantauit oblectationis

&

& iucunditatis plenissimum, in loco quodam versus orientem sito, eumq; nominauit Eden: in quo præter arbores, alias longè pulcherrimas, vna fuit in primis non ita procul ab horti illius medio, cuius nomē, Arbor vitę. & altera Arbor cognitionis boni & mali. Hic Dominus Deus singulari amore ductus, posuit hominē, hortumq; illi tradidit curandum & colendum, liberum ei faciens, vt de fructu omnium arborum Paradysi mãducaret, excepto eo, quem Arbor sciẽtię boni & mali produxisset. Huius arboris fructum si quando degustaret, citra omnem controuersiam mortis subiret supplicium. Eua autem à diabolo, serpentis imitante formam, elusa, fructum alioqui

vetitum, ob aspectus iucunditatem
desyderandum, ob manducandi
voluptatem appetendum, & ob
boni & mali scientiam vehementer
iucundum, decerpsit, edit, ac
dedit marito, vt ipse eundem ede-
ret: quo factum est, vt statim vterq;
mortui sint, hoc est, non tantum
mortui corporis obnoxii fuerunt,
verum animi quoq; vicinum miseri-
cordiae, quae est iustitia: & protinus
diuina in illis imago offuscata est,
ac lineamenta illa iustitiae, sanctita-
tis, veritatis, & cognitionis Dei, lon-
gè pulcherrima, confusa sunt &
pene deleta: atque vero fuit ima-
go terrena, cum iniustitia coniun-
cta, fraude, affectione carnali, & de-
rebus diuinis ac caelestibus, igno-
ratio summa: inde autem nata est

car-

sunt.

A. I am Dominus Deus & Adamū & Euam, cùm verbis tū factis castigasset (de horto enī deturbauit utrosq; cū opprobrio grauissimo) maledixit serpēti, minatus illi tēpus olim fore, quo mulieris semē caput illi imminueret: posteà verò Dominus Deus promissionē hanc magnificā & benignissimā cōfirmauit. Primū fœdere per circūcisionē cū Abrahamo inito, & in Isaac eius filio: deinde etiā per Mosen: postremò autem per clarissimorū prophetarū oracula. M. Quid autem sibi vult serpentis caput, ac semen illud de quo loquitur Deus? A. In serpētis capite venenū eius cōtinetur, ac vitæ & virtutis summa, quo fit, vt mihi caput serpentis, vniuersam

ſam potentiam & regnum, aut (ut
verius loquar) tyrannidem Dia-
boli, ſerpentis antiqui, referat: ſe-
men verò illud eſt (vti clariſsime
nos docet Paulus) Ieſus CHRISTVS
filius Dei, verus Deus, & verus
homo, conceptus de ſpiritu ſancto,
& generatus ex beatæ, puræ, inui-
olateq; Mariæ virginis vtero &
ſubſtantia, ac de ea ſic natus & enu-
tritus eſt, vt reliqui infantes, niſi
quòd ab omnis peccati contagione
eſſet alieniſsimus.

M. Fundamenta quæ à te iacta
ſunt, omninò veriſsima ſunt: iã au-
tẽ ad eas actiões progrediamur, in
quibus & ſalus & victoria noſtra,
cõtra ſerpentẽ illũ antiquũ, ſita eſt.

A. Faciam, chariſsime præcep-
tor. Poſtquam CHRISTVS Ieſus

Apoſto-

Apostolis suis doctrinam hanc sanctissimam, & modis omnibus diuinam, quæ Græco vocabulo εὐαγγέλιον nominatur, demandasset, postquam signis & miraculis innumeris, quibus tota eius vita fuit referta, idē obsignasset, verberibus tandem acriter cęsus, & vultu & verbis & sputo in faciem immisso, illusus, tandem manibus ac pedibus, clauorum impulsu, perforatis, in crucem actus est. Deinde verè mortuus est, & verè sepultus, vt iratum humano generi patrem suauissimo sacrificio placaret, atq; morte sua eum sibi subiiceret, qui mortis tenebat imperium: hoc est diabolum. quandoquidem non viuis solum, sed mortuis etiam, siue in inferno fuerint, siue in alio quoeū-

quæ loco, mortis illius potentiam & vim senserunt. Quibus in carcere existẽtibus (vt inquit Petrus) CHRISTVS, licet corpore mortificatus, spiritu tamen viuificatus, prædicauit. Tertio die post resurrexit etiam corpore viuus, & multis testimonijs præclarissimis; quadraginta dierum spatio, inter discipulos versatus est, edens ac bibens cum illis: in quorum conspectu nube obductus, in cælum ferebatur, aut potiùs supra omnes cælos, vbi sedet hodiè ad patris dextram, factus Dominus omnium, siue quæ in cælo sunt, siue quæ in terra: Rex regum omnium, Pontifex noster & æternus & vnicus, vnicus aduocatus, vnicus mediator, & vnicus reconciliator Dei & hominum.

Quo

Quoniam autem intrauit in gloriam Maiestatis suę, demisso ad nos (vt promisit) sancto suo spiritu, cęcitatis nostræ tenebras illustrat, mentes nostras mouet, regit, docet, purgat, solatur ac iuuat, sic vsq; futurus, quoad mundi fabrica dissoluetur.

Ma. Video te præcipua religionis nostrę capita breuiter attigisse, atq; veluti in compendiolo explicasse Symbolum modò à te recitatum. Iam igitur volo de certis capitibus quædam à te percontari.

A. Fac quod libet, mi præceptor, nam in his quæ minus intelligam, tu me poteris accuratius instituere: quæ autem exciderunt, in memoriam reuocare: aut etiam quæ parum fideliter inhęserint, alicuius

imprimere.

M. Dic porrò mihi; si per mortem suam veniam consequimur peccatorum, an non ea satis erat, nisi etiam à mortuis resurgeret?

Audi. Non erat satis, si vel eius vel nostri rationem habeas. Nisi enim resurrexisset, minimè putaretur filius Dei; quo factum est, vt illud sibi dũ in cruce pẽderet, ab his qui viderant, exprobraretur. Dicebãt enim: Alios seruauit, seipsum non potest seruare: Descendat nunc de cruce, & credemus ei. Iam autem resurgẽs à mortuis, ad vitæ perennitatem, diuinitatis suæ potentiam monstrauit maiorem, quàm si descẽdendo de cruce mortis terrores refugisset. Mors quidẽ omnibus est communis, & mors

vincula soluere, & virtute propria resurgere, id vnigeniti Iesu CHRISTI filij Dei, authoris vitæ vnici proprium est. Deinde etiam necessarium fuit, vt resurgeret cum gloria, vt Dauidis & aliorum prophetarum Dei implerentur oracula qui prędixerunt fore, vt nec corpus eius videret corruptionem, nec anima apud inferos relinqueretur. Quod autem ad nos attinet, nec fuissemus iustificati, nec resurrectionis nobis spes aliqua fuisset reliqua, nisi resurrexisset. vt multis in locis Paulus clarissimè demonstrat. Si enim remansisset in claustris mortis in sepultura & corruptione, vt reliqui homines conclusus, quomodò sperassemus salutem per ilium, qui seipsum non seruauerit.

uaverit: Euit igitur consentaneum & ad eam personam quam sustinebat, necessarium, & ad summum salutis nostræ adiumentum, vt primùm CHRISTVS seipsum à morte liberaret, post autem vt nos nostræ salutis per resurrectionem eius faceret certiores. M. Attigisti iam, mi fili, principem causam resurrectionis Christi, nunc de ascensione eius in cœlos quid censeas, libet audire. Quomodò illis respondendũ putas, qui dicunt satius fuisse ut hic in terris maneret nobiscum, vt scilicet gubernaret ac regeret nos præsens, siquidem præter alias causas credibile est, amorẽ populi erga suũ principem, bonum præsertim & benignũ, per præsentiam suam fieri auctiorem.

Au.

A. Res quas faceret præsens, id est si coram nobiscum uersaretur, eas omnes absens facit, regit, tuetur, corroborat, defendit, corripit, punit, corrigit, & reliqua omnia facit quæ talem decēt principem, aut etiam Deum ipsum: omnia inquam, siue quę ad necessitatem, siue quę ad vtilitatem, siue quæ ad honorem & commodum nostrum spectent. Ad hęc autem Christus non sic, ut multi arbitrātur, huic mundo absens est: Nam tametsi corporea illius moles hinc a nobis sublata sit, est tamen diuinitas eius nobiscum perpetuò pręsens, etiam si oculorū istorum aspectui non sit subiecta. Res quæ incorporeæ sūt, corporis organo nō possūt apprehēdi. Quis vnq̄ suam ipsius animam vide[illegible]

nullus. Ac quid nobis præsentius, quid cuiq; proquinquius aĩa sua? Quæ spiritualia sunt, non videntur nisi oculo spiritus. CHRISTI igitur diuinitatem qui in terris videre vult, aperiat oculos, non corporis, sed animi, sed fidei, & videbit præsentem, quem oculus non vidit. Videbit præsentem, & in medio eorum, vbicunq; sint duo vel tres congregati in nomine eius: videbit præsentem nobiscum vsq; ad consummationem sæculi. Quid dixi? Christum videbit præsentem? Imò & videbit & sentiet in seipso inhabitantem haud aliter, ac animum suum proprium: habitat enim ac residet in animo ac corde eius, qui suam omnem collocat in eo fi-

Ma. Optimè. At nostra confessio est in cælos eum conscendisse, illud igitur dic quomodò intelligendum sit.

Au. Vulgò de eo dici solet, qui celsum aliquem gradum asse dignitatem obtinuerit, quòd ascendit & promouetur in altum locum, altam sedem aut gradum, quia mutauit conditionem, quodque iam reliquis sit honoratior. Sic porrò CHRISTVS ascendit, quemadmodum prius descendebat: descendebat autem à summa gloria ad summam ignominiam, nempè ignominiam serui & crucis: atque ità postea ascendebat à summa ignominia ad summam gloriam, ad eam nimirum quam habuit prius: & ascensus eius in cælum, imò supra omnes cælos, ad thronum usque Dei, Ratione iustissima

sima constare debet, vt scilicet ad humilitatis & ignominiæ proportionem, gloria & maiestas respondeat. Hinc scribens ad Philip. docet nos Paulus, Factus est, inquit, obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis propter quod & Deus illum in summam extulit sublimitatem, & dedit illi nomen quod est supra omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu se flectat, cælestiũ, terrestrium & infernorum. Tametsi autem cęlos iam conscenderit, diuina tamen sua natura ac spiritu semper in Ecclesia præsens erit, vsq; ad orbis dissolutionem. Inde tamen non efficitur, ut nobis corpore sit præsens, cũ alia diuinitatis eius ratio sit, & humanitatis alia. Hęc enim est creata, illa increata

ata: hæc in aliquo cęli loco, illa autem sic vbiq; est, vt cælum & terram impleat. Id autem vt similitudine fiat illustrius, Nulla res Christũ verius adumbrat sole, est enim imago lucis ac splendoris Christi propria. Sol cælum semper occupat, eundem tamen dicimus mundo præsentem. Nam absq; lumine nihil vnquam cuiquam pręsens est id est, non videtur. implet enim sol lumine suo res omnes. Sic Christus supra omnes cælos eleuatur, vt sit præsens omnibus, vtque, Paulo teste, impleat omnia.

Quod autem ad corporeã Christi hîc in terris præsentiam attinet (si magna paruis componere licet) sic Christi corpus præsens est nostræ fidei, vt sol cùm cernatur præsens

sens est oculo, cuius corpus tamen si corporaliter oculum non contingat, atq; hîc in terris præsens præsenti adsit, tamen corpus solis præsens est visui, etiam reluctante interualli distantia. Sic CHRISTI corpus, quod in gloriosa eius ascensione nobis sublatum est, quodq; reliquit mundum & ad Patrem abijt, ore nostro abest, etiam cùm sacrosanctum corporis & sanguinis eius sacramentum ore nostro accipimus: fides tamen nostra versatur in cœlis, ac intuetur solem illum iustitiæ, ac præsens præsenti in cœlis haud aliter illi adest, ac visus adest corpori solis in cœlis, aut sol in terris visui. Quemadmodum autem sol lumine suo adest rebus omnibus, sic etiam & Christus diui-

diuinitate sua: non tamen potest lumen solis ab eius corpore separari, neque porrò diuinitas Christi ab eius immortali corpore. Sic ergò CHRISTI corpus adserendum est in vno cæli loco, & diuinitas eius vbiq; vt nec de eius diuinitate corpus faciamus, nec de illius corpore Deum.

M. Video, mi fili, te neutiquam ignarum, quomodo rectè dicatur, CHRISTVS corpore absens, & spiritu præsens: Porrò hoc vnum à te scire volo, cur ità Christus Dominus noster oculorum nostrorum aspectu subtrahitur: atq; ex ascensione eius in cœlum, quid capimus commodi?

Au. Illius rei præcipua causa fuit, vt ea à nobis falsa tolleretur opinio

quę

quę aliquando Apostolos ipsos te
nuit: quòd scilicet Christus in ter-
ris nobis cõspicuus regnaret, haud
aliter, ac reliqui Reges ac Sata-
pæ mũdi. hunc in nobis errorem
voluit extinctum, ac de regno eius
magis sublimia cogitare: quæ re
propterea sibi potior visa est, quia
magis ad nostrum commodum &
vtilitatem spectabat, vt regnum
aliquod erigeretur, cuius funda-
menta in fide nostra iacerentur.

Quapropter necessarium fuit, vt
nobis ab omni sensu corporeo sub-
traheretur, vt ea ratione fides no-
stra & excitata, & exercitata sit
ad intuendum moderationem &
prouidentiam eius, qui corporeis
non cernitur oculis. Cùm autem
sit rex non alicuius regionis vnius

verum

verum etiã & cæli & terræ, viuo-
rum pariter & mortuorum, con-
sultissimum fuit, vt clam sensibus
nostris, regnum suum administra-
ret: si enim oculorum sensibus sub
iiceretur, oportuit eum nunc in
cælum erigi, nunc in terram de-
primi: nunc in hanc regionem, nuc
in aliam migrare; atq; ità vt prin-
ceps quispiam terrenus, huc atque
illuc negotiorum varietate trahe-
retur. Non enim poterat omnibus
vnà adesse præsens, nisi corpus illi-
us sic abiret in diuinitatem, vt vbi-
q; aut in quamplurimis locis simul
esset, quod Eutyches & consimi-
les eius hæretici, senserunt. Si verò
in eodem momento temporis vbi-
que omnibus præsens adesset, iam
non esset homo, sed spectrum meq;

corpus habuisset verum, sed imaginarium: Ex qua re mille consequenter nascerentur errores, quos omnes, corpore integro in cælum evecto, sustulit. Regnum interim & Remp. suam, id est Ecclesiam, cum summa sapientia & virtute administrat, ipse inconspicuus. Hominis est humana quadã ratione respub. suas moderari, CHRISTI autem & Dei, diuina. Quicquid autem à me hactenus dictũ est, mediocrem duntaxat particulam eius vtilitatis continet, quam à subuecto in cælum CHRISTI corpore capimus. Sunt enim plura quæ dici possunt, ex quibus fructus colligitur amplissimus. Ante omnia autem non potest taceri hoc, tanta & tam ampla esse beneficia, quę nobis à mor-

te

te, resurrectione, & ascensione CHRISTI adferuntur, vt nulla lingua aut hominum, aut etiam angelorum queat exprimere. Atque meam vt in hac re scientiam experiaris, de præcipuis dicam, ad quæ tanquam ad capita, reliqua omnia referas. Dico igitur, cùm ab his tum etiam ab aliis CHRISTI actionibus, duas ad nos commoditates prouenire: unam, quòd quæcunque fecerit, ea omnia in nostram vtilitatem & commodum fecerit, adeò vt perinde nostra sint, modo eisdē firma viuaq; fide inhæserimus, ac si nos fecissemus ipsi. Ipse quidem cruci suffixus est, & nos cum ipso crucifixi sumus, & nostra in eo peccata sunt punita. Ipse mortuus est & sepultus, nos itidē vnà cum pec-

culis nostris mortui fumus & sepulti, idq; ità, vt omnis peccatorum nostrorum memoria penitus deleatur. Ipse resurrexit, & nos cum eo resurreximus, nimirùm & resurrectionis & vitæ eius sic sancti participes, vt nobis deinceps mors amplius non dominetur: est enim idem in nobis spiritus qui suscitauit Iesum à mortuis. Postremò, vti ille conscendit cœlestem gloriam, & nos cum eo subleuati sumus. Vt demus ista nõ apparere, tamen tùm demum hæc omnia proferentur in lucem, cum Christus, qui est lux mundi, ostendet se in gloria sua, in quo felicitates nostræ omnes sunt reconditæ. Ad hęc autem ab ascensione eius in cælum, concessa nobis sunt sanc-

ut spiritus dona, vti Paulus testatur abunde, Eph. 4. Alcera commoditas quam ex Christi actionibus percipimus, est, quod Christus nobis in exemplum proponitur, ad quod vitam nostram omnem formemus. CHRISTVS si mortuus sit, si sepultus, pro peccato, id fecit semel: si resurrexit, si in cœlum ascendit, semel tantum resurrexit, semel tantum ascendit, iam non amplius moritur, sed vivit cum Deo, & regnat in summa gloriæ æternitate. Sic si simus nos mortui, si sepulti peccato, quomodo posthac viuemus in eodem? Si resurrexerimus cum Christo, si per spem firmam in cælo cum eo versemur, cælestes res & diuinæ, non terrenæ &

caducæ nobis erunt curæ. Et quem admodum terreni hominis hactenùs gestauimus imaginem, cælestis deinceps imaginem gestemus: vtq; nunquàm destitit CHRISTVS Dominus nobis benefacere, & spiritũ suum sanctum nobis largiendo, & Ecclesiam suam tot præclaris donis ornando, ac Patrem perpetuò precando pro nobis, par nos ratio excitare debet, vt proximum omni studio iuuemus, & charitatis vinculum, quantum in nobis est, tueamur: vtq; Christum Dominum ac saluatorem honoremus, non equidem impijs traditionibus & frigidis hominũ inuentis, sed cultu cælesti, & reuera spirituali, quem & nos qui demus, & illum qui accipiat, deceat maximè, haud aliter

atq; ille & honorauit, & honorat patrem: qui enim honore illum afficit, honorat & patrem, cuius rei ille ipse testis est locupletissimus.

M. Finem mundi scriptura sacra consummationem & perfectionem regni ac mysterij Christi, & renouationem rerum omniū, appellat. Sic loquitur Apls Petrus, 2. Pet. 3. Nos cælos nouos & terram nouam expectamus iuxta promissionem Dei, in quibus iustitia inhabitat. videtur autem rationi consentaneum, vt corruptio, mutabilitas & peccatum (quibus subijcitur totus mundus) aliquando cessarent. Qua verò tandem via, aut quibus circumstantiarum rationibus, ista fient, cupio abs te audire.

Au. Dicam vt possum eodem a

postolo teste, Cæli procellæ in
morem transibunt, elementa æstu
antia soluentur, terraq; & quæ in
ea sunt opera, exurentur. quasi di-
ceret, Mundus (vti in auro fieri
videmus) totus igne repurgabi-
tur, atque ad ultimam suam per-
fectionem reducetur: quemad-
modum ille mundus, nimirum homo,
imitatus à corruptione, itidem &
mutatione liberabitur. Itaque
hominis causa, in cuius gratiam
maior hic mundus creabatur pri-
mùm, renouatus tandem, faciem
induet multò cum iucundiorem,
tum pulchriorem.

M. Deinde autem quid superest?

Au. Vltimum & generale iudi-
cium. Veniet namq; Christus, ad
cuius vocem mortui omnes redur-

gent & anima & corpore integri, atque in throno maiestatis suæ re-
sidentẽ videbit totus mundus: post
excussionẽ autem conscientiæ cu-
iusq; extrema sententia pronuncia-
bitur. Tunc temporis filij Dei per-
fectè possidebunt regnũ illud im-
mortalitatis & æternæ vitæ, quod
illis præparatum fuit ante iacta fun-
damenta mundi, & regnabũt cum
Christo in æternũ. Impij verò, qui
non crediderunt, abijcientur in
ignem æternum, destinatum diabo-
lo & angelis eius.

M. Abundè dictum est à te de re-
surrectione mortuorum. Iam de
Ecclesia sancta superest ut dicas:
de qua quid sentias nimis vellem
audire. A. Audi. Dicam ea paucis
quæ scripturæ sacræ fusè explicant;

& copiosè. Antequàm cælum & terrã creasset Dominus Deus, regnum quoddam sibi pulcherrimũ & Rempub. sanctissimam habere decreuit, eam Apostoli & Maiores nostri qui græcè scripserunt ἐκκλησίαν appellauerunt: in hãc adscripsit infinitam hominum multitudinem, qui omnes regi vni & supremo & vnico suo capiti subderentur, hunc nos vocamus Christum, quod perinde est, ac si Vnctum dixeris. Solebant enim pontifices & Reges in populo Iudaico, ex præcepto diuino, in sua inauguratione oleo quodam materiali perfundi, qui Christum Dominum, spiritu suo sancto inunctum, figurabant. Ad hanc Rempub. constituendam proprie pertinent, quotquot verè

timent, honorant & inuocant Deum, prorsus applicantes animos ad sanctè pieq́ viuendum: & quicunq́ omnem spem & fiduciam in eo collocantes, vitæ æternæ beatitudinem certissimè expectant. Qui autem sunt in hac fide firmi, erant ante electi, prædestinati, & ad vitã æternam designati, quàm mundus esset cõditus: atq́ huius rei testem habent in corde intrinsecùs spiritum CHRISTI, illorum fidei authorem, arram, & minimè fallax pignus, quæ fides, sola mysteriorũ diuinorũ capax est, sola cordi pacẽ adfert, sola appræhendit iustitiam quæ est in Christo IESV.

M. Itáne spiritus solus & fides, etiámsi dormiamus aut aliter supini & ociosi steterimus, omnia in no-

nostram gratiam sic facient, vt sine vlla ope nostra in cælum etiam ociosos deportabunt.

Audit. Soleo, mi Præceptor, (doctus id à te) inter causas & effectus discrimen ponere. Prima, præcipua & perfectissima causa nostræ iustificationis & salutis est, bonitas & amor Dei, quo ille nos in numerum suorum electorum ante adscripsit, quàm mundum condiderat. Post, nobis datur, vt prædicatione Euãgelij Iesu CHRISTI vocemur, quorum infunditur nobis spiritus domini, cuius ductu & auspitijs trahimur, vt firmam in Deo fiduciam collocemus, & promissorum eius omnium euentum speremus. Eiusdem electionis comes est mortificatio veteris

ho-

hominis, id est appetitus & concupiscentiæ nostræ. Illius etiam est sanctificatio nostra, amor Dei & proximi, iustitia & innocentia vitæ: atq; vt summatim dicam, quicquid purum, syncerũ, verum & bonum in nobis existit, aut à nobis fieri potest, id totũ à radice ista suauissima, ab isto fonte largissimo, bonitate, amore, electione, & proposito Dei sanctissimo, nascitur. Ille est causa, reliqua sunt effectus. Sunt tamen bonitas Dei, & electio, & spiritus & ipse Christus, causæ inter se coniunctæ & colligatæ, quæ inter salutis nostræ principes causas possunt numerari. Quotiens igitur dici solet, Sola nos fide iustificari & seruari, ità dictum est, quia fides, aut potiùs fiducia sola appræ-

sumit

apprehendit, intelligit, & cognoscit nostram iustificationem nobis a Deo gratis dari, hoc est, nullis nostris meritis, sed ex gratuita gratia omnipotentis patris. Porrò fides amorem significat proximi, & actiones quæ Deo placent. Nam si viua & uera sit, & spiritu sancto animata, mater est eorũ omnium quæcunque bene aut dicuntur aut fiunt. Ex hoc breui orationis compendio clarum est, vnde iustificatio nostra & quibus modis paretur: non enim meritorũ nostrorũ dignitate vel hactenus electi, vel olim saluati erimus, sed per solam misericordiam Dei & CHRISTI Domini meram gratiam, per quam ad bona opera quæ præparauit Deus, vt in eis ambularemus, in ipso conditi

sumus.

sumus. Et licet opera bona nostra iustificationem apud Deum mereri non possunt, sic tamen fidei adhærent, vt neq; illa sine ipsis inueniri possit, neq; bona opera extra fidem vsquàm reperiantur.

Ma. Breuis hæc tractatio de fide & operibus vehementer mihi placet, eadem enim clarissimè docet Paulus. Potés ne adhuc mihi describere Ecclesiã quã dicis Rempub. aut communitatem Christianam & eam sic mihi oboculos ponere, vt ab alia quauis hominum societate distinctè & diserte discernatur?

Au. Experiar quomodò quam optimè id possim præstare. Tu vis mi præceptor, si recte intelligo, vt certam aliquam tibi, & quæ videri possit, definiam Ecclesiam.

M.

M. Hoc ipsum volo, atq; vtinam as, erit valdè commodum.

A. Ecclesia non est aliud, quàm certa quædam multitudo hominum, qui in quocunq; loco sint, puram & synceram profitentur doctrinam CHRISTI, idq; ea forma, quæ ab Euangelistis & Apostolis in testamento sancto CHRISTI fideliter prodita est: quique in omnibus gubernantur & reguntur legibus, & statutis sui Regis & Pontificis CHRISTI, in vinculo charitatis, & præterea vtuntur eius mysteriis, quæ communi vocabulo, Sacramenta appellantur, eadem puritate & simplicitate (quod ad ipsorum naturam atque substantiam attinet) qua vsi sunt & nobis inscriptis reliquerunt Apo-

stoli Christi. Sunt igitur huius Ecclesiæ notæ, primum pura prædicatio Euangelij: deinde dilectio fraterna, è qua, vt ex eiusdem corporis membris, mutua beneuolentia nascitur. Tertio, syncera & pura obseruatio sacramentorum Domini iuxta institutum Euangelij. Postremò, correctio fraterna, & eorum excommunicatio qui vitam nolunt rectius instituere. Hanc notam sancti patres Disciplinam appellauerunt. Hæc illa est Ecclesia quæ est fundata in firma petra Iesu Christo, atq; in eius fiducia: hæc illa est Ecclesia, quam Paulus vocat columnam & firmamentum veritatis, ad hanc claues pertinent quibus cælum & clauditur & recluditur: id enim fit per ministerium

verbi, id quod potestas ligandi, solvendi, retinendi ac remittendi peccata propriè spectat. Quo fit, vt quisquis Euangelio in hac ecclesia praedicato crediderit, saluabitur; qui verò non crediderit, condemnabitur.

Ma. Hic liber audire quid de Spiritu sancto credas.

Ai. Illum tertiam personam sanctissimæ Trinitatis esse confiteor, & cum patre atq; filio sit æquatis, ac eiusdem prorsus naturæ, vna cum eisdem adorandus.

Ma. Cur sanctus appellatur?

Au. Non tantum ob suam ipsius sanctitatem, sed quod per eum electi Dei & membra CHRISTI sancta efficiantur. Quare diuinæ literæ illum Spiritum sanctificationis

voca-

vocarunt.

Ma. Quibus in rebus hanc sanctificationem constituis?

A. Primum quidem eius instinctu regeneramur, & idcirco dixit Christus, oportere nos aqua & spiritu renasci. Eius deinde afflatu in filios Dei adoptamur, vnde non immerito Spiritus adoptionis est dictus. Eius luce illustramur ad intelligenda Dei mysteria. Eius iudicio condonantur ac retinentur peccata. Eius vi reprimitur & domatur Caro cum suis cupiditatibus. Eius arbitrio multiplicia dona sanctis distribuuntur. Eius denique opera corpora nostra mortalia reuiuiscent. proinde in tantorum donorum authorem non immerito credimus, eumque colimus & inuocamus

M. Que de spiritu sancto retulisti, satis esse arbitror. Sed id ex te audire velim, cur statim adiungitur nos credere Sanctam Catholicam Ecclesiam, & sanctorum communionem?

Audi. Duo hæc vt semper credidi, appositissimè connectuntur, quoniam societates & corpora cæterorum hominum, cum artibus tum rationibus procedũt atq; gubernantur: At ecclesia, quæ cœtus est vocatorũ ad æternam salutem, à spiritu sancto, cuius iam mentionem fecimus, & collecta est & regitur: quod cum neque sensu neq; luce naturæ intelligatur, iure meritoq; inter ea quæ creduntur, hoc loco positum est. Et catholica, id est vniuersalis, ideò appellatur fi-

de-

delium collectio, quia speciali quipiam loco non est alligata: Deus enim per vniuersos fines orbis habet sui cultores, qui licet diuersitate regionum & prouinciarum sint diiecti, eiusdem tamen corporis, cuius caput Christus est, membra sunt inuicem quàm coniunctissima communione eiusdem spiritus, fidei, sacramentorum, precũ, remissionis peccatorum, & cœlestis felicitatis habent, atq; dilectionis vinculo sic inter ea comparatum est, vt in nullam rem magis incumbant, quam vt sese mutuo iuuent, & in CHRISTO vicissim ædificent.

Magister. Cum iam dictum sit de cognitione Dei & de membris eius, libet etiam aliquid audire quid sit cultus Dei.

A. Imprimis considerandum est, rectam & veram cognitionem Dei esse cultū Dei præcipuum, & vnicum fundamentum: cognitionem timor fouet ac tuetur, quem sacræ literæ Initium sapientiæ appellauerunt: fides autem & spes fulcra sunt & stabilimenta, quibus alia omnia prius à nobis commemorata, innituntur. Porrò charitas, quam dilectionem vocamus, est vinculi instar perpetui, cuius arctitudine virtutes reliquæ omnes vnitæ, firmiores. Et hæ sunt partes cultus Dei interiores, id est animi.

M. Quid habes quod de Sabbatho dicas, aut de die festo, cuius inter leges Primas tabulæ fecisti mentionem?

A. Sabbathum, si interpretere,

re-

ta quiem significat, ad cultũ & obsequium Dei solummodo institutum. Est autem eius quietis & tranquillitatis typus, quam qui in Christum credunt, obtinẽt. Nam fiducia quã habemus in Christo, liberat animos nostros ab omni seruili timore legis, peccati, mortis, & inferni, certiores interim non faciens quod per illum placeamus Deo, quodq; nos filios & hæredes regni sui constituerit, vnde pax in corde, & vera tranquilitas animi nascitur, quæ res gustus quidã est, quietis illius felicissimæ, quam in regno Dei sumus habituri. Quę vero in die Sabbathi geruntur, vt ceremoniæ & exercitia in cultu Dei, huius fiducię & quietis signa sunt & testimonia. Et Christi fideles

aliquam est diebus, qui ad sacra sunt destinati, prophanis operibus longe semotis, religioni & cultui Dei, sed illo vacare.

M. Quæ nam sunt cultus illius exterioris (quem in certis quibusdam exercitijs positum aiebas) partes & illius etiam interioris indicia?

A. Primò, docere & audire doctrinã Euangelij, deinde Cęremoniarum & Sacramentorum syncerus & proprius vsus: Postremò precationes ad Deum per Christum & nomine CHRISTI factæ, quæ quidem spiritum sanctum impetrant, omnis veri cultus & religionis syncerę, authorem certissimum.

M. Dic mihi quid tu vocas sacramenta?

A. Sunt certæ solennes actiones,

&

& cęremoniæ à Christo institutæ, vt per eas beneficiorum suorum erga nos admoneret, & nos vicissim professionē ederemus, quod ex illorum simus numero, qui talium beneficiorum sunt participes, & qui in illo fiduciam omnem collocant: quodq́ nos non pudet nominis Christiani, aut appellationis Discipulorum CHRISTI.

M. Sacramenta illa duo, Baptismꝰ, & quę à Paulo vocatur cęna Domini, dic fili quomodo ministrantur?

A. Qui in Christum credit, & religionis christiani articulos profitetur, & vult baptizari, (de adultis iam loquor, nam paruulis parentum aut ecclesiæ professio sufficere potest) huic minister pura & simplici aqua intingit

aut lauat in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & precationibus commendat eum Deo, cuius Ecclesiæ iam palam adiungitur, ut gratiam suam illi largiatur, qua suæ professioni respondeat.

M. Cœnæ verò dominicæ quis est vsus?

A. Is nimirum qui ab ipso Domino nostro Iesu Christo fuit institutus. Qui, vt diuus inquit Paulus, ea nocte qua tradebatur, accepit panem: & postquam gratias egisset, fregit, ac dixit: Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur: hoc facite in mei commemorationem. Ad eundem modum & poculum, peracta cœna, eis dedit, dicens: Hoc poculum nouum testamẽtum est in meo sanguine: hoc

facite quotiescunq; biberitis, in mei commemorationem. Hęc erat forma & ratio cœnæ Domini, quam tenere & obseruare debemus, quo memoria tanti beneficij, passionis & mortis CHRISTI, conseruetur, vt ille veniat & faciat nos post huius sęculi finem, suę mensę assidere.

M. Quam rem nobis repręsentat, & ob oculos ponit Baptismus?

A. Nos esse per spiritum Christi renatos & mundatos à peccato, quodq; simus membra & partes ecclesię, ascripti in communionem sanctorum: Aqua enim significat spiritum. Baptismus etiam est figura sepulturæ nostræ in Christo, quodq; cum illo vna resuscitabimur in noua vita, vt superius tractauimus, in Resurrectione Christi.

M.

M. Quam rem significat & demonstrat nobis cœna, quam celebramus in memoriam Domini?

A. Cœna (sicuti paulo ante à nobis explicatum) est grata quedam memoria mortis CHRISTI: cum panis representet corpus eius ad crucifigendum pro nobis traditum: vinum autem ponatur vice & loco sanguinis, abunde pro nobis fusi. Ac quemadmodum pane & vino vita nostra naturalis sustinetur & nutritur, sic corpore, id est carne & sanguine Christi, anima per fidem nutritur & vegetatur ad vitam cœlestem & spiritualem.

M. Quomodo ista fiunt?

A. Ista quidem fiunt occulta quadam ratione & energia spiritus, quam credimus, Christum corpus & san-

quinem suũ pro nobis semel tra-
didisse in sacrificium & gratissi-
mã victimam patri cœlesti, & dum
confitemur atq; agnoscimus illum
pro vnico saluatore, Pontifice, me-
diatore & redemptore nostro, cui
debetur omnis honor & gloria.

M. Recte rem hanc omnem in-
telligis. Id videris velle dictum,
fidem esse os animæ, quo cibum
hunc plane diuinum & salutis iux-
ta & immortalitatis plenum, et spi-
ritus sancti opera cõmunicatum,
recipimus. Iam cum de sacra-
mentis tractatum sit, ad reliqua
cultus Dei membra transeas.

A. Faciam quod iubes. Ad diuini
cultus perfectionem duo adhuc su-
persunt. Primùm, dominus noster
Iesus CHRISTVS voluit Doctores

&

& Euangelistas, id est, concionatores Euangelij esse, vt scilicet vox eius perpetuò in Ecclesia sua resonaret. Qui Christiani nomine censeri cupit (id quod omnes cupere deberent) dubitationē habere non potest, oportere eum cum summo studio, & desiderio longè ardentissimo operam nauare, vt verbum Domini & audiat & imbibat, non tanquam verbum hominis cuiuspiam, sed veluti (vt reuera est) verbum omnipotentis Dei. Deinde verò, quoniam omne quod bonum est, quodque ab homine Christiano appeti debet, nobis adsit à Deo, atque ab eo conceditur: propterea ab eo rem omnem petere debemus, atque per gratiarum actionem omnia illi accepta referre:

que res adeò illi placet, vt sacrifi-
ci præclari loco ducat, quemad-
modum prophetarum & Aposto-
lorum testimonio est clarissimum.
M. Tunc habes formam aliquam
precandi certam & propriam.
Au. Maximè. Nempe illam ip-
sam quam Dominus noster disci-
pulos suos docuit, & simul cum il-
lis reliquos Christianos omnes.
Qui aliquando rogatus vt doceret
eos formam [illegible]di, hanc eos edo-
cuit. Quãdo oratis (inquit) dicite.
PAter noster qui es in cælis: san-
ctificetur nomen tuum.
Adueniat regnum tuum.
Fiat voluntas tua sicut in cælo &
in terra.
Panem nostrum quotidianum da
nobis hodie.

Et

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos a malo: quia tuum est regnum, potentia, & gloria in secula, Amen.

M. Arbitraris ne licere vt alia precandi forma vtamur?

A. Tametsi breui hoc compendio, quę christiano cuiuis expetenda sunt, abundę contineantur, non tamen in eas Christus nos hac precatione redegit angustias, vt alia aut uerbis aut orandi formis vti non liceat. Proposuit autem in hac oratione certa quędam & præcipua capita, ad quę precationes nostræ omnes referantur. Petat autē quisque à Deo iuxta pręsentis ne-

cessitatis rationem. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dicit CHRISTVS, dabit vobis.

M. Postquàm autem in ea oratione nihil sit aut ambiguum aut extra propositum, libet audire quid de ea sentias.

A. Sentio quod verba præseferunt.

M. Nihil igitur hic tibi retrusum aut reconditum, nihil difficile intellectu videtur?

A. Nihil, siquidem ne CHRISTVS quidem ipse voluit, vt in ea quicquam esset aut obscurum, aut procul à captu nostro remotum, præsertim cùm ad omnes ex æquo pertineat, ac tam doctis quàm rudibus in primis sit necessaria.

M. Proinde expone mihi paucis partes seorsim singulas.

A. Cum dicam: Pater noster qui es in cælis. id mecum cogito, fieri non posse quin me audiat, quin precationes meæ illi placeant: sum enim illi filius, (licet inutilis & minimè obsequens) & ille contrà mihi est benignus Pater ad ignoscendum & condonandum paratissimus.

M. Cur autem in cælo eum dicis? est ne in aliquò cæli certo & definito loco? Quid est quod de se ipso dicit, Ego Cælum & terram impleo? &, Cælum mihi sedes est, terra autem subsellium pedum meorum?

A. De hac re superiùs quædam, quibus ista adiungere libet: Principiò, quotics à nobis dicitur (qui es in cælis) perinde est ac si dicas cæle-

cælestis & diuinus. Nam de cælesti nostro patre cogitatio nostra sublimior esse debet, quàm quæ est de terreno. Et in cælis etiam ob id esse dicitur, quòd in sublimi atque cælesti regione Dei, præclara & admiranda opera se illustriùs & magnificentiùs declarant, atque is iam in æterna & plena felicitate esse demonstratur, cùm nos adhuc in terris miserè atq; calamitosè à patria exulemus. Deinde, quemadmodum cælum immensa capacitatis suæ amplitudine omnem locum amplectitur, circundat terram, circundat maria, nec locus aliquis est, qui à cæli capacitate queat abscondi, quoniam omni temporis momento, rebus omnibus præsens est. Sic ex eo licet in-

telligere, Deum omni in loco rebus omnibus adesse, videre, audire, moderarur res omnes, ipse existens spiritus ab omni mortali & terrena conditione remotissimus. Cuius rei testis est Hieremias Propheta: Nō Deus de propinquo ego? (dicit Dominus) & non Deus de longinquo? Num absondet se quisquam in latebras, vt eum videre nequeam? Hæc oratio est valde efficax, qua timor nobis incutiatur, ne tam latè regnantem Dominum offendamus: quaq; adducimur, vt certò credamus eum auditurum nos, si quādo necessitas incumbat: est enim & semper & in omni loco præsens. Hoc igitur iacto fundamento, & tam suaui & iucundo ingressu præfixo, sequitur precationis

onis dominicę Prima pars, in qua petimus, vt non solum nos, sed quicunquè etiam sunt alij, nomen eius sanctè honoremus, reuereamur, adoremus.

M. Quomodò hoc fit?

A. Dicam: Tum demùm hoc fit, cùm omissis illis omnibus, qui nomen deorum sortiuntur, siue in cælo, siue in terra, siue in templis varijs figuris & imaginibus adorentur, solum hunc nostrum patrem agnoscamus, & precemur verũ Deum & filiũ eius Iesum Christum quem ipse misit, & eum solũ cũ vitę integritate, & innocẽtia puris & infucatis precibus solicitem⁹

M. Rectè quidem dixistis Perge quæso.

A. Secundo loco petimus, vt ad-

ueniat regnum eius. Adhuc enim non videmus res omnes Christo esse subiectas: non videmus vt lapis de monte abscissus sit sine opere humano, qui contriuit & in nihilum redegit statuam descripta a Daniele: vt petra sola, qui est Christus, occupet & obtineat totius mundi imperium a patre concessum. Adhuc non est occisus antichristus, quo fit, vt nos desideremus & precemur, vt id tandem aliquando contingat & impleatur: vt q; solus Christus regnet cum suis sanctis, secundum diuinas promissiones: vt q; viuat & dominetur in mundo, iuxta sancti Euangelij decreta, non autem iuxta traditiones & leges hominum, & voluntatem Tyrannorum mundi.

M.

M. Faxit Deus, vt regnum eius adueniat quam citissimè.

A. Porrò cùm filiorum sit, vt ad patrum voluntatem vitam instituant, non autem è contra, vt patres ad filiorum voluntates se deflectãt (quandoquidem voluntas nostra plærunq; affectionum titillatione, & cupiditatum motu trahitur ad eas res peragendas, quæ omnino Deo displicẽt) ratione consentaneũ est, vt è cælestis patris nutu toti pẽdeamus, vtq; diuino illius imperio nos penitùs subijciamus. quare hanc ob causam precamur, vt nos omnes mortales non aliter illius mandatis simus audientes, quàm sol & luna & reliquæ stellæ cælestes, quę cũ statis motibus & perenni agitatione, tum indefessis

terram radijs illustrãdo perpetuò diuinam voluntatem exequuntur: aut veluti cælestes Angeli & cęteri diuini spiritus, illi per omnia obtemperemus, qui omnem dant operam ad diuina iussa sedulò adimplenda. Deinde petere nos docet à cælesti Patre, panem nostrum, quo significat non cibum modò, verum etiàm res alias omnes ad vitam tuendam conseruandamq; necessarias: vt Deum solum intelligamus esse authorem rerum omnium, qui efficit & vt crescant, & vt abundent terræ prouentus. Quam ob rem par est, vt eum solũ precibus compellemus, qui (iuxta Dauidis oraculũ) omnia & pascit & tuetur.

M Sunt qui hunc locum intelligant de pane cuius meminit Christus

stus, Ioan. sexto, id est, de vera cognitione & gustu CHRISTI, pro nobis nati & mortui, quo fidelis anima pascitur. In causa autem cur sic colligant, est Græcum quod hic legitur vocabulum ἐπιούσιον, qua voce volunt exprimere supernaturalē, spiritualem, cœlestem & diuinum. Hunc sensum non reijcio: potest enim vtraq; interpretatio huic loco aptè accommodari. Sed Panē cur vocat quotidianum? quod etiā per vocem ἐπιούσιον, significatur.

A. Panem sanè quotidianum petimus, qui nobis perpetuò adsit & comitetur assiduè, vt finem & modum sitienti desyderio & gulæ insatiabili imponeret, ne alioqui essemus (vt CHRISTVS loquitur) in crastinū soliciti, quoniam

crastinus dies curam habebit sui ipsius: aduenient enim non sine suo incommodo et solicitudine, quæ rationi consentaneum nō est, ve dies vnius malū alterius aggrauet, satis nanque erit id quotidie petere, quod pater noster benignissimus paratus est quotidie impartire. Sequitur quinta petitio, qua patrem precamur, vt nobis dimittat debita & delicta quæ cōmisimus. Hæc certè petitio est vehementer necessaria, cùm nemo viuat mortalium immunis à peccato. Hic igitur fiducia omnis nostri abiicienda est, hic cristæ demittendæ, hic precandus est pater noster clementissimus, vt in gratiam & amorē Iesu Christi filij sui, & charissimi et obsequentissimi, inumeras nobis offen-

condoner, remittat, ac de libro pen-
tus deleat. Memores autē nos hic
interesse decet pacti nobis cū deo
initi, siquidē petimus, vt Deus ita
nobis remittat peccata nostra, vt
his qui nos offenderint, ipsi re-
mittimus. Proinde necessarium est
vt ignoscamus, vt remittamus
omnibus offensas omnes, cuiuscū-
que aut generis sint aut conditio-
nis. Si remiserimus hominibus er-
rata sua, remittet nobis pater no-
ster cælestis errata nostra.

M. Si hæc ita fierent, mi fili, non
tot lites, non tot contentiones, non
aut tot aut tam graues discordiæ,
inimicitiæ, atque odia inter homi-
nes hodie grassarentur, nunc autē
dum quisque sic sibi placet, vt ne
tantillum de suo iure velit discede-

re

re, siue de honore loquaris, siue de opibus, siue de re alia quauis: nō raro solet vsu venire, vt & opes & honores, & vitam ipsam vna amittant, nempe fauorem diuinum & æternam gloriam à se prorsus repellant atq; auertant. Te autem, mi fili, nec fugere debet præceptum CHRISTI, neq; quod docet Paulus ne simus te vinci à malo, id est, ne sinas te aliorum offensa eò adduci, vt malum malo rependas, imò vince bono malum, nempè benefaciendo illi, qui tibi malè fecit: atque eum benignè tractando, qui hostē se tibi prebuerit, etiā acerbissimū. Pergo porrò ad sextam petitionem.

Aud. Pergam vt iubes, libenter. Quandoquidem mi pater debiles & infirmi, & mille periculis, mille ten-

tentationibus expositi, ad succumbendum faciles, ad cedendum parati, occasionibus quibuslibet etiam leuissimis, vel hominibus malicia instructis, vel concupiscentiæ & appetitioni propriæ, vel tandem serpenti astuto & malitioso, id est diabolo, oramus Patrem, ne nos in tales difficultates aut periculum adducat, néue in ipso discrimine deserat: quin si eò vētum sit, vt prius nos de imminenti malo & diaboli machinis (authoris & principis omnis mali) eripiat, quam prorsus in exitium præcipitemur. Habes iam paucis, venerande præceptor, nisi quid inter narrandum exciderit, quę à te mihi sunt tradita.

M. Quia tuum est regnum, potentia

tia & gloria in sæcula. Amen.

Cur ista periodo voluit Christus nostras preces absoluí?

A. Partim vt certā nostram fiduciā testaremur obtinēdi omnia ea quæ antea postulauimus. Nihil enim est quod is dare vel non possit, vel nolit, si ex fide rogetur, qui cuncta regit & gubernat, qui omnia potest, quique infinita gloria est ornatus. Hæc vbi de Deo patre nostro commemoramus, nullus in animo dubitationi relinquitur amplius locus, qua suspicemur nos repulsam esse passuros. Partim nobis ipsis ostendimus ità dicendo, quàm sit consentaneum ab vno Deo petere cùm nullus citra eum tam illustri gloria fulgeat, adeò latè regnet, atq; tantarum sit virium, vt vel ei

 obstare

obstare possit, quin pro sua volun-
tate largiatur quæcunq; decreverit
vel iã nobis ab ipso donata, valeat
auferre. Nullumq; malum nostrũ
vlq; adeò magnum est; quod eius
incredibili vi, gloria, & sapientia,
non sit à nobis propulsandum.

Ma. Probo breuem hanc tuam
qualemcunque declarationem, mi
fili, nec videtur omissum quic-
quam quod dictum oportuit. Inte-
rim tamen hoc vnum addere libet.
Summa & præcipua res quæ in
precatione requiritur, est, vt extra
omnem dubitationem firmiter
credamus, Deum patrem nostrum
id quod petimus daturum, modò
nec sit inutile nobis qui accipia-
mus, nec indignũ illo qui det: nam
qui non est certus sed dubius, non

putet

puteris quicquam à Deo impetraturum, iuxta Iacobi sententiam. Iam video, chare fili, quàm diligenter & studiosè applicasti animum ad ea, quæ à me tibi proposita sunt, quamq; piè & sanctè de vero Dei cultu, deq; mutuis in proximum officijs cogites. Superest, vt deinceps vitam sic instituas tuam, ne cognitio hæc planè cœlestis & diuina, in te torpeat, ac perinde iaceat atq; in carnis tumulo, inanimis & mortua: Imò fac, vt totus pijs hijsce studijs continenter ac sedulò incumbas, & viues non in hac solùm præsenti vita, verùm etiam in futura, quæ multò quàm hæc præsens, & melior est & beatior: habet enim pietas promissionem, non in hac vita solùm, sed etiam

vitam in futura, iuxta sententiam Pauli. Operæpretium igitur est, vt pietatem sedulò sectemur, quæ viam planè nobis ad cælum aperit, si modò eò aspirare velimus. Pietatis autem primum officium est (quod à te quidem optimè iam est explicatum) cognoscere Deum solum, & solum eum appetere vt summum bonum, timere vt Dominum, amare & venerari vt Patrem, vnà cum filio eius seruatore nostro Iesu Christo. Hic ille est qui nos & genuit & regenerauit: hic demum ille est, qui principiò dedit & vitam & animam, qui tuetur, qui saluat, qui vitæ nos beat æternitate. Huic pietati prorsus cõtraria est impietas: Superstitio verò & hypocrisis imitantur quidem eã

& præferunt, quum longissimè tamen ab omni pietate discrepent: atq; ideò vt pestes & venena animæ & salutis nostræ hostes immanissimos, euitare debemus: proximum verò pietatis officium, hominem quemuis, veluti fratrem diligere. Nam si Deus nos omnes in initio creauerit, si nos pascat & regat, si denique habitationis nostræ in immẽsa hac mũdi fabrica causa sit & parens, non potest Fratris nomen nõ aptissimè nobis conuenire, adeoq; tanto arctiori inuicem vinculo erimus colligati, quantò propiùs ad Christum accedamus, qui est frater noster, primogenitus & natu maximus: quem qui non nouit, qui non tenet, reuerà iniustus est, & in populo Dei locum non habet. Ille enim

enim radix & fundamentum est omnis equitatis & iustitiæ, & mentibus nostris naturales quasdam præceptionis instillauit. Fac idē inquit alteri, quod tibi vis fieri: caue igitur ne quicquam illi facias, quod non libenter ipse patiaris. Semper ex proprio ingenio atq; sensu, metire alienum. Si pati iniuriam durum & graue sit, si quod tibi facit alius, iniquum videatur, transfer idem iudicium in personam proximi quod in te sentis, & videbis te non minùs iniquè facere si noceas alteri, quàm alij faciunt qui tibi nocuerint: si hîc pedem fortiter figerimus, si hùc omni studio nitere mur, ipsum teneremus innocentiæ fastigium. Siquidem gradus primus est, nulli offensionem præbe-

re: proximus, cunctos quantum in nobis est, iuuare; id si minùs poterimus, saltem omnibus benè velle & precari. Tertius, qui horum omnium summus & perfectissimus habetur, est etiam inimicis benè facere, qui nos iniurijs afficiunt. Cognoscamus igitur nosmetipsos, tollamus quæ in nobis sunt vitia, atq; in eorum loco virtutes plantemus: non aliter quàm Agricolæ, qui primum, spinas, tribulos, ac vitiosas herbas ex agris suis incultis & neglectis, auferre & penitùs eradicare solent: deinde verò, bona & frugifera semina vndiq; dispergunt, & terræ visceribus inijciunt, quę tempore bonas fruges producant: eundē in modum & nos agamus. Imprimis enim operam demus

mus, vt prauas & vitiosas cupiditates tollamus penitùs è mentibus nostris, posteà autem mores sanctos, & Christianis pectoribus dignos, inseramus. Qui si rore verbi diuini spergãtur & fœcundentur, siq; calore foueantur spiritus cælestis, fructum haud dubie, proferẽt vberrimum, immortalitatis & beatæ vitæ: quam Deus per CHRISTVM, electis suis, ante iacta fundamenta mundi, præparauit. Cui sit omnis honor & gloria.

AMEN.

Catechismi finis.

Articuli, de quibus in Synodo Londinensi, Anno Dom. M.D.LII. ad tollendam opinionum dissentionem, & consensum uerę religionis firmandum, inter Episcopos & alios eruditos viros conuenerat, REGIA authoritate in lucem editi,

De fide in Sacrosanctam Trinitatem.

UNUS EST VIuus et verus Deus, æternus, incorporeus, impartibilis, impassibilis, immensæ potẽ-

potentiæ, sapientiæ, ac bonitatis: creator & conseruator omnium, tum visibilium tum inuisibilium. Et in vnitate huius diuinæ naturæ tres sunt personæ, eiusdem essentiæ, potentiæ, ac æternitatis, Pater Filius, & Spiritus sanctus.

Verbum Dei, uerum hominem esse factum.

2. Filius, qui est verbum Patris, in vtero beatæ Virginis, ex illius substantia naturam humanam assumpsit, ita vt duæ naturæ, diuina & humana, integrè atq; perfectè, in vnitate personæ fuerint inseparabiliter coniunctæ, ex quibus est vnus CHRISTVS, verus Deus & verus homo, qui ve-

rè passus est, crucifixus, mortuus & sepultus, vt patrem nobis reconciliaret: esset{que} hostia non tantùm pro culpa originis, verum etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

De descensu Christi ad Inferos.

3. Quemadmodum CHRISTVS pro nobis mortuus est & sepultus, ità est etiam credendus ad inferos descendisse. Nam corpus vsq; ad resurrectionem in sepulchro iacuit, Spiritus ab illo emissus, cũ spiritibus qui in carcere siue in inferno detinebantur, fuit, illisq; prædicauit: quemadmodum testatur Petri locus.

Resur-

Resurrectio Christi.

Christus verè à mortuis resur- 4.
rexit, suumq; corpus cũ carne, os-
sibus, omnibusq; ad integritatem
humanæ naturę pertinentibus, re-
cepit, cum quibus in cælum ascen-
dit, ibiq; residet quoad extremo
die ad iudicandos homines reuer-
tatur.

Diuinæ Scripturæ doctrina sufficit ad salutem.

Scriptura sacra continet omnia 5.
quæ sunt ad salutem necessaria, ita
vt quicquid in ea nec legitur ne-
q; inde probari potest, tamen inter-
dum à fidelibus, vt pium & con-
ducibile ad ordinem & decorum
admittatur. Neq; enim à quoquam

non exigendum est, vt tanquàm articulus fidei credatur, & ad salutis necessitatem requiri putetur.

Vetus Testamentum non est reijciendum.

6. Testamentum Vetus, quasi Nouo contrarium sit, non est repudiandum, sed retinendum: quandoquidem tam in veteri quàm in nouo per CHRISTVM, qui vnicus est mediator Dei & hominum, Deus & homo, æterna vita humano generi est proposita. Quare non sunt audiendi, qui veteres tantùm in promissiones temporarias speralle confingunt.

Symbola tria.

7. Symbola tria, Nicenum, Athanasij, &

quod vulgò Apostolicum appellatur, omninò recipienda sunt. Nam firmissimis diuinarum scripturarũ testimonijs probari possũt.

Peccatum Originale.

Peccatum originis non est (vt fabulãtur Pelagiani, & hodiè Anabaptistę repetũt) in imitatione Adami sitũ, sed est vitium & deprauatio naturæ cuiuslibet hominis ex Adamo naturaliter propagati: qua fit, vt ab originali iustitia, cę longissimè distet: ad malum sua natura propendeat, & caro semper aduersus spiritum concupiscat: vndè in vnoquoq; nascentium, iram Dei atq; damnationem meretur. Manet etiam in renatis hęc naturę deprauatio, qua fit, vt effectus carnis 8.

nis, græce φρόνημα σαρκός, quod alij sapientiam, alij sensum, alij affectum, alij studium vocant, legi Dei non subijciatur. Et quanquàm renatis & credentibus nulla propter CHRISTVM est condemnatio, peccati tamen in seseparationem habere concupiscentiam fatetur Apostolus.

De libero arbitrio.

9. Absque gratia Dei, quæ per Christum est, nos præueniente vt velimus, & cooperante dum volumus, ad pietatis opera facienda, quæ Deo grata sint & accepta, nihil valemus.

De Gratia.

10. Gratia Christi, seu spiritus sanctus, qui per eundem datur, cor lapi-

lapideum aufert, & dat cor carneum. Atq; licet ex nolentibus quæ recta sunt, volentes faciat: & ex volentibus praua, nolentes reddat, voluntati nihilóminus violentiam nullam infert. Et nemo hac de causa, cum peccauerit, seipsum excusare potest, quasi nolens aut coactus peccauerit, vt eam ob causam accusari non mereatur aut damnari.

De hominis iustificatione.

Iustificatio ex sola fide IESV CHRISTI, eo sensu quo in Homelia De iustificatione explicatur, est certissima & saluberrima christianorum doctrina. 11.

Opera ante iustificationem.

Opera quæ fiunt ante gratiam Christi 12.

CHRISTI, & Spiritus eius afflatu cùm ex fide Iesu CHRISTI non prodeant, minimè Deo grata sunt. Neq; gratiam (vt multi vocant) de congruo, merentur. Imò cùm non sint facta vt Deus illa fieri voluit & præcepit, peccati rationem habere non dubitamus.

Opera Supererogationis.

13. Opera quę Supererogationis appellant, non possunt sine arrogantia & impietate prædicari: nam illis declarant homines non tantùm se Deo reddere quæ tenentur, sed plus in eius gratiam facere quàm deberent: cum apertè Christus dicat, Cum feceritis omnia quæcunque præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus.

Nemo

Nemo præter Christum, esse sine peccato.

CHRISTVS in nostræ naturæ veritate, per omnia similis factus est nobis, excepto peccato, à quo prorsus erat immunis, tũ in carne tũ in spiritu. Venit, vt agnus absque macula esset, qui mundi peccata, per immolationem sui semel factam, tolleret: & peccatum (vt inquit Ioannes) in eo non erat. sed nos reliqui etiam baptizati, & in Christo regenerati, in multis tamen offendimus omnes: & si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. 14.

De peccato in ſpiritũ ſanctum.

15. Non omne peccatum mortale poſt baptiſmum voluntariè perpetratum, eſt peccatum in ſpiritum ſanctum & irremiſſibile: proinde lapſis à baptiſmo in peccata, locus pœnitentiæ non eſt negandus. Poſt acceptum ſpiritum ſanctum poſſumus à gratia data recedere atq; peccare, denuoq; per gratiã Dei reſurgere ac reſipiſcere. Ideoq; illi damnandi ſunt, qui ſe, quamdiu hic viuant, amplius non poſſe peccare affirmant, aut verè reſipiſcentibus pœnitentiæ locum denegant.

Blaſphemia in ſpiritum ſanctum.

16. Blaſphemia in Spiritum Sanctum eſt, cùm quis verborum Dei

Dei manifestè perceptam veritatem, ex malitia & obfirmatione animi, conuitijs insectatur, & hosti iter insequitur. Atq; huiusmodi, quia maledicto sunt obnoxij, grauissimo sese adstringunt scelere. Vndè peccati hoc genus irremissibile à Domino appellatur, & affirmatur.

De prædestinatione & electione.

Prædestinatio ad vitam, est æternum Dei propositū, quo ante iacta mundi fundamenta, suo consilio, nobis quidem occulto, constanter decreuit eos quos elegit ex hominum genere, à maledicto & exitio liberare, atq; vt vasa in honorē electa, per Christum ad æternā salutem adducere: vndè qui tam præ- 17.

cato Dei beneficio sunt donati, illi spiritu eius, oportuno tẽpore operante, secundum propositum eius vocantur: vocationi per gratiam parent: Iustificantur gratis: adoptantur in filios: vnigeniti IESV CHRISTI imagini efficiuntur conformes: in bonis operibus sanctè ambulant: & demùm ex Dei misericordia pertingunt ad sempiternam felicitatem.

Quemadmodum prædestinationis & electionis nostræ in Christo pia cõsideratio, dulcis, suauis & ineffabilis consolationis plena est vere piis, & his qui sentiunt in se vim spiritus CHRISTI, factæ carnis, & membra quæ adhuc sunt super terram, mortificantem, animumq; ad cælestia & superna ra-

pi-

pientem, tum quia fidem nostram de æterna salute consequenda per Christum, plurimum stabilit atq; confirmat, tum quia amorem nostrum in Deum vehementer accendit: Ita hominibus curiosis, carnalibus, & spiritu Christi destitutis, ob oculos perpetuò versari Prædestinationis Dei sententiam, perniciosissimũ est præcipitium, vnde illos diabolus pertrudit, vel in desperationem, vel in eq̃ perniciosam impurissimæ vitæ securitatem. Deinde licet prædestinationis decreta sunt nobis ignota, promissiones tamen diuinas sic amplecti oportet, vt nobis in sacris literis generaliter propositæ sũt: & Dei voluntas in nostris actionibus ea sequenda est, quam in verbo Dei habemus

bemus diserte reuelatam.

Tantum in nomine Christi speranda est æterna salus.

18. Sunt & illi anathematizandi qui dicere audent, vnumquemq; in lege aut secta quam profitetur, esse seruandum, modò iuxta illam & lumen naturæ, accuratè vixerit: cùm sacræ literæ tantùm IESV CHRISTI nomen prædicent, in quo saluos fieri homines oporteat.

Omnes obligantur ad moralia legis præcepta seruanda.

19. Lex à Deo data per Mosen, licet quoad cæremonias & ritus, christianos non astringat, nec; ciuilia eius præcepta in aliqua Repub. necessariò recipi debeant, nihilóminus ab obedientia mandatorum

rum, quæ Moralia vocantur, nullus quantumuis christianus, est solutus: quarè illi non sunt audiendi, qui sacras literas tantùm infirmis datas esse perhibent, & spiritum perpetuò iactant, à quo sibi quæ prædicant, suggeri asserunt: quanquàm cum Sacris literis apertissimè pugnent.

De Ecclesia.

Ecclesia CHRISTI visibilis, est coetus fidelium, in quo verbum Dei purum, prædicatur, & sacramenta, quoad ea quæ necessariò exiguntur, iuxta Christi institutum, rectè administrantur. 20.

Sicut errauit Ecclesia Hierosolymitana, Alexandrina, & Antiochena, ità & errauit ecclesia Romana,

non solùm quoad agenda & ceremoniarum ritus, verum in his etiam quæ credenda sunt.

De Ecclesiæ authoritate.

21. Ecclesiæ non licet quicquam instituere, quod verbo Dei scripto aduersetur: neq; vnum scripturæ locum sic exponere potest, vt alteri contradicat: quarè licet Ecclesia sit diuinorum librorum testis & conseruatrix, attamen vt aduersus eos nihil decernere, ità præter illos nihil credendum de necessitate salutis debet obtrudere.

De authoritate conciliorum generalium.

22. Generalia concilia sine iussu & volunt-

voluntate Principum congregari non possunt: & vbi conuenerint, quia ex hominibus constant, qui non omnes spiritu & verbis Dei reguntur, & errare possunt, & interdum errarunt, etiam in his quæ ad normam pietatis pertinent: ideò quę ab illis constituũtur, vt ad salutem necessaria, neq; robur habent neq; autoritatem, nisi ostendi possũt è sacris literis esse desũpta.

De Purgatorio.

Scholasticorum doctrina de Purgatorio, de indulgentijs, de veneratione & adoratione tum Imaginum tum reliquiarum, necnon de inuocatione Sanctorum, res est futilis, inaniter conficta, & nullis scripturarum testimonijs in- 23.

 nititur,

nititur, immò verbo Dei pernicioſè contradicit.

Nemo in Eccleſia miniſtret, niſi uocatus.

24. Non licet cuiquam ſumere ſibi munus publicè prædicandi, aut administrandi Sacramẽta in Eccleſia, niſi prius fuerit ad hæc obeunda legitimè vocatus & miſſus. Atq; illos legitimè vocatos & miſſos exiſtimare debemus, qui per homines, quibus poteſtas vocandi miniſtros atq; mittendi in vineã Domini publicè conceſſa eſt in eccleſia, coptati fuerint & aſciti in hoc opus.

Agendum eſt in eccleſia lingua quæ ſit populo nota.

25. Decentiſsimũ eſt, & verbo Dei maximè congruit, vt nihil in eccleſia

sia publicè legatur aut recitetur lingua populo ignota, Idq; Paulus fieri vetuit, nisi adesset qui interpretaretur.

De Sacramentis.

Dominus noster Iesus CHRISTVS, Sacramentis numero paucissimis, obseruatu facillimis, significatione præstantissimis, societatem noui populi colligauit, sicuti est Baptismus & Cœna Domini. 26.

Sacramenta non instituta sunt à Christo vt spectarentur aut circũferrẽtur, sed vt ritè illis vteremur: & in his dũtaxat qui dignè percipiunt, salutarem habent effectum, idq; non ex opere (vt quidam loquũtur) operato, quæ vox vt peregrina est & sacris literis ignota, sic

parit sensu minimè pium, sed admodum superstitiosum: qui verò indignè percipiunt, damnationem (vt inquit Paulus) sibi ipsis acquirunt.

Sacramenta per verbum Dei instituta, non tantùm sunt notæ professionis christianorum, sed certa quædam potiùs testimonia, & efficacia signa gratiæ, atq; bonæ in nos voluntatis Dei, per quæ inuisibiliter ipse in nobis operatur, nostram q; fidem in se non solùm excitat, verum etiam confirmat.

Ministrorum malitia non tollit efficaciam institutionum diuinarum.

27. Quamuis in ecclesia visibili, bonis mali sint semper admixti, atq; interdum ministerio verbi & sacramento

mẽtorum administrationi præsint, tamen cùm non suo sed Christi nomine agant, eiusq; mandato & authoritate ministrent, illorum ministerio vti licet, cùm in verbo Dei audiendo, tum in sacramentis percipiendis: neq; per illorum malitiam effectus institutorum Christi tollitur, aut gratia donorum Dei minuitur, quoad eos, qui fide & rite sibi oblata percipiunt, quæ propter institutionem CHRISTI & promissionem efficatia sunt, licet per malos administrentur.

Ad Ecclesiæ tamen disciplinam pertinet, vt in eos inquiratur, accusenturq; ab his, qui eorum flagitia nouerint, atq; tandem iusto conuicti iudicio, deponantur.

De

De Baptismo.

Baptismus, non est tantùm signum professionis ac discriminis nota, qua Christiani à non Christianis discernuntur, sed etiam est signum regenerationis, per quod, tanquàm per instrumẽtum, rectè Baptismum suscipientes, Ecclesiæ inseruntur, promissiones de remissione peccatorum atque adoptione nostra in filios Dei per Spiritum Sanctum visibiliter obsignantur, fides confirmatur, & vi diuinæ inuocationis, gratia augetur.

Mos Ecclesiæ baptizandi paruulos & laudandus est, & omninò in Ecclesia retinendus.

De

De Cœna Domini.

Cœna Domini non est tantùm 29.
signum mutuæ benevolentiæ christianorum inter sese, verùm potiùs est sacramentum nostræ, per mortem Christi, redemptionis. Atque adeò ritè, dignè & cum fide sumentibus, panis quem frangimus est communicatio corporis Christi: Similiter poculum benedictionis, est communicatio sanguinis CHRISTI.

Panis & vini transubstantiatio in Eucharistia, ex sacris literis probari non potest, sed apertis scripturæ verbis aduersatur, & multarū superstitionum dedit occasionem.

Quum naturæ humanæ veritas requirat, vt vnius eiusdémq; homi-

nis

nis corpus in multis locis simul esse non posset, sed in vno aliquo & definito loco esse oporteat, idcirco CHRISTI corpus, in multis & diuersis locis, eodem tempore, præsens esse non potest.

Et quoniam, vt tradunt Sacræ literæ, CHRISTVS in cælum fuit sublatus, & ibi vsq; ad finem seculi est permansurus, non debet quisquam fidelium carnis eius & sanguinis Realem & Corporalem (vt loquuntur) præsentiam in Eucharistia vel credere vel profiteri.

Sacramentum Eucharistiæ ex institutione Christi non seruabatur, circumferebatur, eleuabatur, nec adorabatur.

De unica Christi oblatione in cruce perfecta.

Oblatio Christi semel facta, perfecta est redemptio, propitiatio, & satisfactio pro omnibus peccatis totius mundi, tam originalibus quàm actualibus: neq; preter illam vnicam est vlla alia pro peccatis expiatio. Vnde Missarum sacrificia, quibus vulgò dicebatur, sacerdotem offerre Christum in remissionem pœnæ aut culpæ pro viuis & defunctis, figmenta sunt, & perniciosæ impostvræ. 30.

Cœlibatus ex verbo Dei præcipitur nemini.

Episcopis, presbyteris & diaconis non est mandatum vt cælibatū 31.

vouerant: neq; iure diuino cogun-
tur matrimonio abstinere.

Excommunicati vitandi sunt.

32. Qui per publicam Ecclesiæ denuntiationem ritè ab vnita te ecclesiæ præcisus est & excommunicatus, is ab vniuersa fidelium multitudine, donec per poenitentiam publicè reconciliatus fuerit, arbitrio iudicis competentis, habendus est tanquam Ethnicus & Publicanus.

Traditiones Ecclesiasticæ.

33. Traditiones atq; cæremonias eas-
dem, non omnino necessarium est
esse vbiq;, aut prosus consimiles: nam & variæ semper fuerunt, & mutari possunt pro Regionum

&

& morum diuersitate, modò nihil contra Dei verbum instituatur.

Traditiones & cæremonias ecclesiasticas, quæ cum verbo Dei non pugnant, & sunt authoritate publica institutæ atque probatæ, quisquis priuato consilio, volens & data opera publicè violauerit, is vt qui peccat in publicum ordinem ecclesię, quique lædit authoritatem magistratus, & qui infirmorum fratrum conscięntias vulnerat, publicè, vt cęteri timeant, arguendus est.

Homiliæ.

Homiliæ nuper ecclesiæ Anglicanæ per Iniunctiones Regias traditæ atq; commendatæ, piæ sunt atque salutares, doctrinamq; ab 34.

omnibus amplectẽdam continent; quare populo diligenter, expedite, clareq; recitandæ sunt.

De libro Precationum & cæremoniarũ Ecclesiæ Anglicanæ.

35. Liber qui nuperrimè authoritate Regis & Parliamenti Ecclesiæ Anglicanæ traditus est, continens modum & formam orandi, & sacramenta administrandi in ecclesia Anglicana: Similiter & libellus eadem authoritate editus De ordinatione ministrorum ecclesiæ, quoad doctrinæ veritatem, pij sunt, & salutari doctrinæ euangelij in nullo repugnant sed congruũt, & eandem non parùm promouẽt & illustrant: atque ideò ab omnibus ecclesiæ Anglicanæ fidelibus mem-

membris, & maximè à ministris verbi, cum omni promptitudine animorum & gratiarum actione recipiendi, approbandi, & populo Dei commendandi sunt.

De ciuilibus Magistratibus.

Rex Angliæ est supremum caput in terris, post CHRISTVM, ecclesiæ Anglicanę & Hibernicæ. 36.

Romanus Pontifex nullam habet iurisdictionẽ in hoc regno Angliæ.

Magistratus ciuilis est à Deo ordinatus atq; probatus, quamobrem illi non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam obediendum est.

Leges ciuiles possunt christianos propter capitalia & grauia crimina morte punire.

Christianis licet ex mandato magistratus arma portare, & iusta bella administrare.

Christianorum bona non sunt communia.

37. Facultates & bona christianorũ non sunt communia, quoad ius & possessionem, vt quidam anabaptistę falso iactant: debet tamen quisque de his quę possidet, pro facultatum ratione, pauperibus eleemosynas benignè distribuere.

Licet christianis iurare.

38. Quemadmodum iuramentum vanũ & temerariũ à Domino nostro Iesu Christo & ab apostolo eiꝰ Iacobo, christianis hominibus interdictũ esse fatemur, ità christianam reli-

religionem minimè prohibere ex-
semus, quin iubente magistratu,
in causa fidei & charitatis, iurare
liceat, modò id fiat iuxta prophe-
tæ doctrinam, in Iustitia, in Iudi-
cio & Veritate.

Resurrectio mortuorum nondum est facta.

Resurrectio mortuorum non ad- 39.
huc facta est, quasi tantùm ad a-
nimum pertineat, qui per CHRI-
STI gratiam à morte peccatorum
excitetur, sed extremo die, quo-
ad omnes qui obierunt, expectan-
da est: tunc enim vita defunctis (vt
scripturæ manifestissimè testan-
tur) propria corpora, carnes & os-
sa restituentur, vt homo integer,
prout vel rectè vel perditè vixerit

sua opera, siue præmia siue poenas reportet.

Defunctorum animæ neq; cum corporibus intereunt, neq; otiosè dormiunt.

40. Qui animas defunctorum prædicant vsque ad diem iudicij absq; omni sensu dormire, aut illas asserunt vnà cum corporibus mori, & extrema die cum illis excitãdas, ab orthodoxa fide, quæ nobis in sacris literis traditur, prorsus dissentiunt.

Millenarij.

41. Qui millenariorum fabulam reuocare conantur, sacris literis aduersantur, & in Iudaica deliramenta sese præcipitant.

Non

ARTICVLI

Non omnes tandem seruandi.

Hij quoque damnatione digni sunt, qui conantur hodiè perniciosam opinionem instaurare, quòd omnes, quantumuis impij, seruandi sunt tãdem, cùm definito tempore à iustitia diuina pœnas de admissis flagitijs luerunt.

Κύριε σῶσον τὸν Βασιλέα.

Excusum Londini apud Reginaldum
Wolfium, Regiæ Maiestatis
in Latinis Typo-
graphum.

ANNO DOMINI M. D. LIII.

BRITISH
20 JY 77
MUSEUM